Mart. extra temp. Pasch. pag. i.

XV. MAII.

Vel ália die.

In festo sancti Indalétii Episc. & Mart. Epist. in témpore Paschal. Stabunt justi, de commûni Martyr. pag. vi.

Extra temp. Paschâle: Charíssimi, Beâtus vir, de comm. unîus Mart. Pontif. pag. i.

XV. MAII.

Vel ália die.

In festo sancti Euphrásii Epíscopi & mártyris, Epíst. Stabunt justi, ut in commûni unîus Mártyris, témpore Pasch. pag. vi.

Extra tempus Paschâle: Charíssimi, Beâtus vir, de eôdem commûni, pag. i.

XVI. MAII.

In festo S. Joánnis Nepomucéni, Mart. Epístola de témpore Paschál. Stabunt justi, de comm. unîus Mártyris, pag. vi.

Extra tempus Paschâle: Charíssimi, memor esto, de eodem comm. pag. iv.

XXIII. MAII.

In festo Apparitiônis S. Jacóbi Apóstoli & Hispaniârum Patróni.

Léctio libri Machabæôrum.

IN diêbus illis: Machabæus semper con- *2. Machab. 15.*
fidêbat cum omni spe auxílium sibi à Deo affutûrum; & hortabâtur suos, ne formidárent ad advéntum natiônum; sed in mente habérent adjutória sibi facta de cœlo, & nunc sperárent ab Omni-

ni-

nipoténte sibi affutûram victóriam. Et allocûtus eos de Lege & Prophétis, ádmonens étiàm certámina, quæ fécerant priùs, promptióres constítuit eos; & ità ánimis eôrum eréctis, simul ostendêbat Géntium falláciam, & juramentôrum prævaricatiónem. Síngulos autem illôrum armâvit non clypei, & hastæ munitióne, sed sermónibus óptimis, & exhortatiónibus, expósito digno fide sómnio, per quod univérsos lætificâvit. Exhortáti ítaque Judæ sermónibus bonis valdè, de quibus extólli posset ímpetus, & ánimi júvenum confortári, statuérunt dimicâre, & conflígere fórtiter, ut virtus de negótiis judicâret, eò quòd cívitas sancta, & templum periclitaréntur. Erat enim pro uxóribus, & filiis, itemque pro frátribus, & cognátis minor solicitûdo: máximus verò, & primus pro sanctitâte timor erat templi. Sed & eos, qui in civitâte erant, non mínima solicitûdo habêbat pro his, qui congressúri erant. Et cùm jam omnes sperárent judícium futûrum, hostésque adéssent, atque exércitus esset ordinâtus, béstiæ, equitésque opportúno in loco compósiti, consíderans Machabæus advéntum multitúdinis, & apparâtum várium armôrum, & ferocitâtem bestiârum, exténdens manus in cœlum, prodígia faciéntem Dóminum invocâvit, qui non secúndùm armôrum poténtiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victóriam. Dixit autem ínvocans hoc modo: Tu Dómine, qui misísti Ange-

ge-

gelum tuum sub Ezechía Rege Juda, & interfecísti de castris Sennácherib centum octogínta quinque míllia: & nunc Dóminátor cœlôrum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timôre, & tremôre magnitúdinis bráchii tui, ut métuant qui cum blasphémia véniunt advérsùs sanctum pópulum tuum. Judas verò, & qui cum eo erant invocáto Deo, per oratiónes congréssi sunt: manu quidem pugnántes, sed Dóminum córdibus orántes, prostravérunt non minùs trigínta quinque míllia, præséntia Dei magníficè delectáti.

XXX. MAII.

In festo S. Ferdinándi Tértii Confessôr. Regis Hispániæ. Epístol. Fratres, Spectáculum facti sumus, de comm. Confessôr. non Pontíficis, pag. xvi.

FESTA JUNII.

XII. JUNII.

In festo S. Joánnis à Sancto Facúndo Conf. Epístola: Beâtus vir, de commûni Conf. non Pontif. pag. xvi.

XVI. JUNII.

In festo sancti Joánnis Francisci Regis Confessôris. Epístola: Beâtus vir, de commûni Confessôris non Pontif. pag. xvi.

XVIII. JUNII.

In festo SS. Mart. Cyríaci & Paulæ V. Epístola: Charíssimi, Communicántes Christi, de commûni unius Martyr. non Pontif. pag. v.

XXI. JUNII.

In festo S. Aloysii Gonzágæ

zágæ Confes. Epístola: Beâtus vir, de commûni Confessôris non Pontif. pag. xvi.

V. JULII.

In festo B. Michaêlis à SS. Confessôris. Epístola: Beâtus vir, de commûni Confessôris non Pontif. pag. xvi.

FESTA JULII.

VII. JULII.

In festo S. Firmíni Episc. & Martyr. Epístola: Charíssimi, Omne gáudium existimâte, de commûni unius Mártyris, pag. iv.

VIII. JULII.

In festo S. Elísabeth Regínæ Portugálliæ. Epístola ut in córpore Románo sub hac die, pag. 198.

XV. JULII.

In festo S. Camílli de Lélliis Confessôris. Epístola ut in córpore Románo sub die 18. pag. 200.

XVI. JULII.

In festo Triúmphi Sanctæ Crucis.

Léctio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas.

FRatres, Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu, neque circumcísio áliquid valet, neque præpútium, sed nova creatûra. Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos, & misericórdia, & super Israël Dei. De cétero nemo Gal. 6. d

mihi moléstus sit: ego enim stígmata Dómini Jesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi cum spíritu vestro, fratres, Amen.

XVI. JULII.

In festo Commemoratiônis Solémnis B. Maríæ Vírginis de Monte Carmélo. Epístola ut in córpore Románo sub hac die, pag. 199.

XIX. JULII.

In festo sanctârum Justæ & Ruffínæ sorôrum Vírginum & Mártyrum Hispalénsium. Epístola: De Virgínibus, de comm. Vírg. & Márt. pag. xx.

XX. JULII.

In festo S. Liberátæ Virg. & Mart. Epist. Confitêbor tibi Dómine Rex, de commûni Virg. & Mart. pag. xviii.

XXIV. JULII.

In Vigília sancti Jacóbi Apóstoli, & Hispaniârum Apóstoli, & Patróni.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Benedíctio Dómini super caput justi. Ideò dedit illi Dóminus hæreditâtem, & divísit illi partem in tríbubus duódecim: & invénit grátiam in conspéctu omnis carnis. Símilem illum fecit in glória sanctôrum, & magnificâvit eum in timôre inimicôrum. Qui in diêbus suis non pertímuit príncipem, & poténtia nemo vicit illum: nec superâvit illum verbum áliquod, & mórtuum prophetâvit corpus ejus. Qui eréxit nobis muros evérsos, & stare fecit portas, & seras. Qui eréxit domos nostras, firmaméntum gentis, *Eccl. 44. & seq.*

tis, stabiliméntum pópuli. Et ossa ipsîus visitâta sunt, & post mortem prophetavérunt.

XXV. JULII.

In festo S. Jacóbi Apóstoli & Hispaniârum Apóstoli & Patróni. Epist. Fratres, puto, ut in córpore Románo, pag. 204.

XXVIII. JULII.

In festo S. Pantaleônis Mártyris. Epístola ut in córpore Románo, pag. 205.

FESTA AUGUSTI.

II. AUGUSTI.

In festo S. Petri Episcop. Oxoménsis. Epístola: Ecce Sacérdos, de commûni Conf. Pontif. pag. xii.

IX. AUGUSTI.

In festo SS. Martyr. Justi & Pastôris. Epist. In diêbus illis: Respóndens unus de Senióribus, de commûni plurim. Mart. pag. xii.

XXVII. AUGUSTI.

In festo sanctæ Terésiæ secúndò, Vírginis: Epístola: Fratres, qui gloriâtur, de comm. Vírginis, pag. xix.

FESTA SEPTEMBR

II. SEPTEMBRIS.

In festo sancti Antoníni Martyr. Epístola: Charíssime, Memor esto, de commûn. unius Mart. pag. iv.

IV. SEPTEMBRIS

In festo S. Rosáliæ Virg. Panormitánæ. Epístola: Fratres, Qui gloriâtur, de comm. Virg. pag. xix.

V. SEPTEMBRIS.

In festo Commemoratiónis sancti Juliáni Episc. & Confes.

Léctio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

2.Cor. 8. b FRatres: Scitis grátiam Dómini nostri Jesu Christi, quóniam propter vos egénus factus est, cùm esset dives, ut illîus inópia vos dívites essêtis. Et consílium in hoc do: hoc enim vobis útile est, qui non solùm fácere, sed & velle cœpístis ab anno prióre: nunc verò & facto perfícite: ut quemádmodùm promptus est ánimus voluntâtis, ita sit & perficiéndi ex eo, quod habêtis. Si enim volúntas prompta est, secúndùm id quod habet, accépta est, non secúndùm id quod non habet. Non enim ut áliis sit remíssio, vobis autem tribulátio, sed ex æqualitâte. In præsénti témpore vestra abundántia illôrum inópiam súppleat: ut & illôrum abundántia vestræ inópiæ sit suppleméntum, ut fiat æquálitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundávit: & qui módicum, non minorâvit.

V. SEPTEMBRIS.

In festo S. Lauréntii Justiniáni Episc. & Confes. Epistol. Ecce Sacérdos, ut in commûni Confes. Pontif. pag. xii.

XVII. SEPTEMBRIS.

In festo B. Petri de Arbues pro civitátibus ubi extat Tribúnal Sanctæ Inquisitiônis. Epístola: Justum dedúxit Dóminus, de commûni unius Martyr. non Pont. pag. iii.

CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA

DOMINICA III. Septémbris.

In festo Septem Dolôrum Beátæ Vírginis Maríæ. Epístola, ut in córpore Románo, sub Féria vi. post Domínicam Passiônis. pag. 180.

XXV. SEPTEMBR.

In festo B. Maríæ de Cervellióne, áliàs de Subsídio, Vírginis. Epístola: Fratres, qui gloriâtur, de commûni Virg. pag. xix.

XXVIII. SEPTEMB.

In festo B. Simônis de Roxas Confes. Epístola: Fratres, Spectáculum, de commûni Confes. non Pontíficis, pag. xvi.

FESTA OCTOBRIS.

I. OCTOBRIS.

In festo S. Remígii Epíscopi & Confes. Epístola: Ecce Sacérdos, ut in commûni Confes. Pontif. pag. xii.

V. OCTOBRIS.

In festo sancti Froiláni Episc. & Confes. Epist. Ecce Sacérdos, de commûni Confes. Pontific. pag. xii.

X. OCTOBRIS.

In festo S. Francísci Bórgiæ Confes. Epist. ut in córpore Románo, pag. 223.

X. OCTOBRIS.

In festo sancti Ludovíci Bertrándi Confes. Epist. Beâtus vir, de com. Conf. non Pontif. pag. xvi.

XII. OCTOBRIS.

In festo Commemoratiónis B. Maríæ de Colúmna. Epístola: Ab inítio & ante sæcula, ut in Missis votívis Beátæ Maríæ à Pentecóste, usque ad